



**A**Ribo ex illustri familia Palatinorum Rheni  
 natus fuit. Hic sub doctissimis præceptoribus  
 educatus, magnam literarum cognitionem ac  
 quisiuit. Itaque uacante sede Moguntina ipse uice  
 simus eius loci episcopus electus est, anno Christi  
 millesimo uicesimo. Eam ipse functionem diligen  
 ter administrauit, atque in quindecim psalmos gra  
 duum librum conscripsit ad Bernonem abbatem.  
 scripsit etiam hinc inde ad alios præfules epistolas,  
 quibus eos ad uirtutes & pietatē adhortatus est.  
 Cum hoc modo per undecim annos optimè præ  
 fuisset, magno omnium luctu obiit, & in sua eccle  
 sia sepultus quiescit. Gess. in Bibliotheca.